

ratione, tum auctoritate Sacre Congregationis Eminentiss. Cardinalium S. Conc. Trid. Interpretum. Ratio est, quia verisimilius credendum, velle Ecclesiam eos omnes tenentes Confirmationem pro Patris potius admittere, quam ex toto tenentium numero, neminem concedere. *Rebell. d. part. 2. lib. 3. q. 6. num. 6.*

Neque obstat motum Tridentini de restrictione hujus impedimenti, quia adhuc remanet restrictum, ob ablatam confraternitatem, que extendebat hanc Spiritualem Cognationem ad fratres baptizati seu confirmati, ac etiam ad filios Patrinorum, & baptizantium, quam vis illegitimus; nec non ablata compaternitate, quam afficebantur Conjuges eorumdem Patrinorum, & baptizantium. *Respon. de Cognat. spirit. in 6. cap. Martini. sed. tit. Rebell. id. q. 6. num. 2.* De auctoritate verum Sacre Congregationis, & cui sola competit Concilium Tridentinum declarare juxta Bullam Pii Papae IV. post ipsum Concilium interpressam, *Incep. Benedic. Deus.* reddunt testimonium Pyrrhus Corradus, & Iacobus Pignatellus; nec non Prosper Fagnanus, omnes Jurisconsulti eximii, & in Theorica Canonum, ac in Praxi Curie Romanæ verisimilissimi, quorum verba hæc sunt, vide licet: Pyrrhus Corrad. in *Praxi dispensat. Apostolice lib. 8. cap. 8. sub num. 8.* sic loquitur: *In S. Cong. Conc. fuit propositum sequens dubium. Petrus, & Anna conjuges elegerunt in susceptores in Baptismo Filium Andream, & Lauram, sed adveniente tempore Baptismi, audierunt Andream a Petro fuisse electam Lauram in commatrem, rogavit Petrum, ut illa possibilia, eligeret Rosam. Respondit Petrus, se id facere non posse citra injuriam: cui responsio Andree non acquiescente, idem Petrus omnia retulit Parocho, & facta expressa declaratione animi sui, quod nullo modo intendebat Rosam in commatrem habere, Parocho consultum desistit, ut ambe admitterentur, sed pollicebatur expressè, se nullatenus admissurum Rosam ad tangendum infantem: cui consilio Petrus acquiescens designavit etiam Rosam in commatrem: ista autem præter intentionem Petri, & promissionem eisdem Petro factam à Parocho, infantem in adu baptizati simul cum Laua tetigit. Queritur, an fuerit contracta compaternitas etiam inter dictam Rosam, & Petrum, an potius inter Petrum, & Lauram? Sacra Congreg. Concilii die 10. Martii 1631. in Causa Aquin. censuit, contraxisse etiam cum Rosa, quia fuit designata.*

Alterum Decretum S. Congregationis ponit Pignatellus tom. 7. consult. 93. n. 7. his verbis: *Si plures tenent ad Baptisimum S. Congregatio censuit, omnes contrahere: licet enim Concilium prohibeat plures, quam duos; tamen non annullat alium.*

Tertium Decretum allegatum à Fagnano in cap. Ex Litteris. num. 5. de Cognat. spirit. est hujusmodi: *Cum negligentia Parochi factum esset, ut tres designarentur, & in libro scriberentur de Sacro Baptismi fonte feminam suscepturi, nempe Titium, Titiam, & Sempronium, qui omnes Levitarum baptizatum, & tetigerunt. Fuit dubitatum, An omnes cognationem spirituales contraxissent cum baptizata, an verò si tantum duo, qui priores sunt designati? S. Congregatio censuit, omnes contrahere, si non appareat, qui primi sint designati per cap. fin. de cognat. spirit. Et licet unus tantum, & una suscipere debeant; tamen si omnes susceperint, omnes contrahere. Ita Gloss. ibi: *Quamvis enim Concilium prohibeat plures, tamen non annullat alium.**

Quibus stantibus, pro resolutione propositi casus, dicendum est, quod si uterque Patrinus fuerat designatus Parentibus ad suscipiendum simul puerum in Confirmatione; ambo contraxerunt spirituales cognationem juxta *tex. in cap. fin. de Cognat. spirit. in 6.* Quod si eorum alter non fuerat designatus; sed Episcopo non advertente, se intruserat in illa susceptione

hic nullam contraxit cognationem, sed alius qui erat designatus, juxta claram dispositionem Concilii Tridentini d. sess. 24. cap. 2. ibi: *Quod si alii, ultra designatos, baptizatum tetigerint, cognationem spirituales nullo pacto contrahant, quod docet Sanchez d. lib. 7. disp. 57. num. 12.* Verum quia designatio fieri potest non solum à parentibus baptizandi, vel confirmandi; sed etiam à Parocho baptizante, vel ab Episcopo confirmante, præcipue si à parentibus nullus fuit designatus Patrinus. Sanchez d. disp. 57. num. 19. *Pax Jordanus d. lib. 3. tit. 2. num. 78.* Reginaldus in *Praxi lib. 21. num. 153. Vers. Quartum documentum: Castropalus tom. 4. tract. 19. disp. unica punct. 11. §. 2. num. 9.* & Diana part. 3. tract. 7. resolut. 30. quæ est in Coordinato tom. 1. tract. 1. resolut. 93. §. 3. si Episcopus permittendo scienter admisit; & admittendo sponte permisit; ut ipsi duo Patrini, non designati à parentibus, simul puerum in Confirmatione tenerent, ambo contraxerunt cognationem spirituales. Tamburinus de *Triple Jure lib. 2. cap. 4. §. 2. num. 15.* Quod si uterque Patrinus absque ulla designatione Parentum; & sine advertentia aut Parochi, aut Episcopi; imò iidem omnibus ignorantibus, & inadvertentibus tenuit puerum, adhuc dicendum venit, eisdem contraxisse cognationem spirituales juxta *tex. in d. cap. fin. de cognat. spirit. in 6.* & juxta magis communem opinionem Theologorum, & Canonistarum, præcipue Coniechi, Rebelli, Pontii, Laymani, atque aliorum, quos citat Castropali d. §. 2. & Diana Coordinatus d. resolut. 93. §. 3. Argolini de Off. Potest. Episc. cap. 27. §. 1. num. 55. qui notat, quod est alius contra legem factus, & negligenter non valeat. L. non dabitur. C. de Legib. dicitur tamen, ubi lex aliam non tollit, & panam extrinsecam addit, quæ potest cum alio valore consistere; & valor alius non respicit valorem ejus, cui pena imponitur, ut dicit Barboza communiter receptus in l. Prætor ait. n. 3. Aff. De Nov. oper. nunciat, quod verificatur in casu nostro, in quo Concilium Tridentinum præscripsit numerum Patrinorum, & adiecit penam, si major numerus admittatur, sed non irritavit admissionem. Navarros de Cognat. spirit. d. l. 8. cap. 8. sub num. 8. Vers. Pro eo autem, & Prosper Fagnanus in cit. c. Ex litteris n. 5. de Cognat. spirit.

Ex his colligenda veniunt sequentia Corollaria pro complemento tractatus de Sacramento Confirmationis.

Primum Corollarium. Quod admittere in Confirmatione plures Patrinos est peccatum mortale, sicuti mortale est in Baptismo admittere præter unum & unam. Bonacina de *Matrim. q. 3. punct. 5. §. 2. num. 32.* Barboza de Off. Potest. Episc. alleg. 30. num. 44. Et in collectan. DD. ad d. cap. 2. sess. 24. Concil. Trid. n. 5. & 6. ubi pluribus DD. citatis ostendit, Episcoporum non posse dispensare, ut major numerus Patrinorum adhibeatur, & Parochum plures admittentem esse puniendum.

Secundum Corollarium. Sacramentum Confirmationis non est simpliciter necessarium ad salutem, & necessitate mediæ vel necessitate præceptum Ecclesiasticum, tum Divini interpretative de non contentendo. Contentus autem est duplex, Pænitentius proprius hæreticorum, qui negant hoc Sacramentum, & ejus valorem; atque Negativus consistens in negligentia recipiendi illud, data opportunitate recipiendi. De Pæcepto Divino non contentendi hoc Sacramentum constat ex eo, quod institutum est à Christo tanquam medium utile ad salutem hominum. Ergo ejus voluntas est, ut non contententur. De Pæcepto Ecclesiæ apparet in cap. Omnes cap. Spiritus. & cap. De his. De Confess. dist. 4. Hoc autem Pæceptum Ecclesiæ de suscipienda Confirmatione non obligat pro ætate pueri.

te puerili, sed in adulta ætate, id est cum homines attingunt annos discretionis: neque statim, sed data opportunitate Episcopis confirmantibus; & remotis impedimentis gravibus suscipere debentibus. cap. Ut juveni. De Consecrat. dist. 5. Quapropter non recipere hoc Sacramentum ex contemptu etiam negatiivo, seu ex notabili negligentia est peccatum mor-

tale. Diana qui plures modernos allegat d. part. 10. tract. 16. resolut. 90. §. 4. quæ jacet in Coordinato tom. 1. tract. 2. resolut. 24. *Mastrius in 4. Sent. disp. 1. num. 369.* Et de more subtiliter, pie, & doctè Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. Confirm. disp. 3. art. 1. 2. §. 3. ubi Theologiam hanc doctrinam fortissimis, et si suavis argumentis corroborat.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

DECISIO LXI.

ARGUMENTUM.

Referuntur diversa nomina, quibus nuncupatur Sacramentum Extremæ Unctionis. De Octo Unctionibus Sacris, quæ prædicantur ab Ecclesia Catholica, ac de earum mystica significatione: Quod cadavera Sacerdotum à Græcis unguuntur Oleo Sancto, antequam sepeliantur.

SUMMARIUM.

1. Extrema Unctionis nomina diversa.
2. Christum quid significet?
3. Unctiones octo in Ecclesia prædicantur. Et quæ? Quales earum mystica significatio.
4. Cadavera Sacerdotum Oleo Sancto à Græcis unguuntur.
5. Sacerdotum consecratio cum Oleo Sancto quam sit antiqua?

Quoniam Extremæ Unctionis Sacramentum institutum est ad delendas peccatorum reliquias, & à SS. Patribus nuncupatum est complementum Sacramenti Pænitentiæ; ratio postulat, ut non solum has Decisiones de Pænitentia, sed etiam de Extrema Unctione subjungamus. In primis autem notare oportet, quod hoc Sacramentum pluribus nominibus olim, & nunc est designatum: Siquidem à materia, ex qua constat Primum vocatur *Oleum Sanctum*, & sic illud nominant non solum frequenter Latini, sed etiam Græci, in quorum Euchologio (id est libro Quotidianarum Orationum) legitur hic titulus: *Officium Olei Sancti.* Appellatum est *Secundò* non solum *Sanctum Christum Oleum*; scilicet à modo, quo confertur, qui est per inunctionem; christum enim proprie significat inungere, ut notat Laurentius in *Amalthea Onomastica Verb. Christumate*; undè Innocentius Papa I. electus Anno 402. in *Epist. ad Decentium* loquens de verbis D. Jacobi Apostoli, *Infirmatur quis in vobis, &c. cap. ult. Vers. 14.* ita ait: *Non est dubium de fidelibus egrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui Sancto Oleo Christumate perungi possunt.* Vocatur *Tertiò* à Græcis etiam *Orationum cum oleo*, habito respectu ad materiam, & formam simul sumptam; id est *Oleum cum verbis de peccatoribus.* *Quartò* dicitur etiam hoc Sacramentum *Pænitentiæ conjunctivum*, ut in Concilio Tridentino sess. 14. de eod. Sacram. in princ. ob quamdam rationem sibi intrinsecam delendi culpas veniales, quæ post Pænitentiam remanissent. Hinc apud Græcos nonnulli introducebant pro satisfactione Sacramentali pænitentibus dare hoc Sacramentum, quod prohibuit Innocentius IV. scribens ad Episcopum Tusulanum his verbis: *Nullus autem per Sacerdotes, vel confessores pro satisfactione Pænitentiæ unctio aliqua solummodo injungatur; ut observat Gaspar Ivenin in Commentar. Histor. & dogmat. de Sacramentis*

Dissert. 7. in princ. Vocatur *Quintò* à subiecto, à quo recipitur, *Unctio infirmorum*, ut inquit Concilium Tridentinum ubi supra. *Sextò* tandem appellatur *Extrema Unctio* ex ordine, quem habet ad alias unctiones istam præcedentes. Quare scire oportet, in Ecclesia Catholica esse in usu octo Unctiones Sacras; mysticam habentes significationem, & sunt sequentes.

Prima Catechumenorum, qui antequam baptizentur, Oleo Sancto unguuntur in pectore, & scapulis, ad faciendos illos veros Athletas Christi, ut in conspectu, & ad veritate toleranter sustipere valeant, tali fortitudine armati in ingressu fidei. *Secunda* est, quæ fit in vertice cum Sacro Christumate statim post collatum Baptisimum; ut calceat intelligentiam mysteriorum Fidei, & divinorum mandatorum. *Tertia* eodem Sacro Christumate fit in fronte, dum fidelibus Sacramentum Confirmationis datur; ut sint fortes in fidei confessione, & impavidi. *Quarta* est, quæ Sacro Catechumenorum oleo unguuntur manus Sacerdotum in eorum ordinatione, ad denotandum robur internis animæ potentis impressum, quæ characterizata remanet unctio Sancti Spiritus; ac præcipue, ut in Sacerdotibus manibus ad supernaturalia opera esse extollendo vigor athleticus remaneat. *Quinta* est, quæ fit in capite, & in manibus Episcoporum, quando consecratur, oleo quidem Sacro Christumate. Unguntur autem Pontifices in eorum consecratione Sacro Christumate ad designandum in oleo nitorem conscientiarum, in balsamo odorem bonæ famæ, & fit Unctio præter in capite, ut eorum anima roboretur ad diligendum Deum ex tota mente, & ex toto corde; ac gregem suum, & omnem proximum sicut seipsum; ac etiam ad significandam eorum auctoritatem, & dignitatem, quam assumunt tanquam Principes in Ecclesia, representantes ejusdem Ecclesiæ Summum Principem, & Caput, qui est Christus: sicut enim Vir caput est mulieris, sic Episcopus Ecclesiæ Sponsæ suæ. Deindè Episcopi unguuntur Sacro Christumate etiam in manibus propter onera, & labores, quos assumere debent in regimine Diocesis, & ut ostendatur, eos accipere potestatem alios consecrandi, & benedicendi. *Sexta* est Unctio Regum, ac Reginarum, quæ fit in eorum brachio dextero, ad denotandam eorum fortitudinem in tuitione Justitiæ, ac populorum, & fit Oleo Sancto Catechumenorum, non Christumate, ut ostendatur differentiam inter auctoritatem Pontificum, ac potestatem Regum. *Septima* est, quæ fit in consecratione Ecclesiarum, Altarium, Calicis, ac patenarum, ad innuendam Sanctitatem tum locorum, tum instrumentorum, quibus Supremus Dei cultus, laudis dictus, per Sacrificia exercetur, de quo latè egimus in nostris Decisionibus *De Sacrificio Missæ Decis. 41. & Decis. 43. Obara*, & ultima Unctio Sacra hæc est, de qua copiosius agere, Extrema nuncupata, quia datur his tantum, qui ob infirmitatem existunt in extremo vitæ discrimine, Oleo Sancto infirmorum, ut infra declarabimus, & de lu-

4 de supradictis variis Sacrarum Unctionum speciebus agunt DD. in cap. Unico. De Sac. Unct. Magrius in Hieroleo. Verb. Oleum Sanctum. Barboza de Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. Pax Jordanus tom. 1. lib. 3. tit. 5. in lib. 3. tit. 1. 9. 10. 11. 12. ubi alii allegantur, & Gaspar Ivenin d. differt. 7. in princ. Potro Magrius, ubi proximè testatur, à Græcis prædicari nonam aliam unctioem Sacram, quam faciunt linendo cadavera Sacerdotum Oleo Sacro, antequam illa sepeliant; hancque esse caeremoniam antiquissimam probat auctoritate S. Dionysii Areopagite de Eccl. Hierarchia cap. 7. ubi scribit de prædicta Unctione, hæc dicens: Tum Antistes oleo myrtuum perfundit, sanctaque precatione pro omnibus adhibita, in loco honorato corpus cum aliis ejusdem ordinis Sanctis corporibus reponit, & cõdit. Mox idem Sanctus Doctor ibidem mysterium hujus caeremonie explicat, inquit: Ac tunc quidem oleo perfuso ad sacra lintamina eam, qui initiabatur, vocabat, nunc autem oleum, quod infunditur, eum qui ex esset à vita in ipsi certaminibus corresse, & decessisse declarat: Ex quibus verbis ipse Magrius aliam colligit eruditionem notatū dignam, ita subdens: Quod Sacerdotes antiquitus Oleo Sancto consecrabantur contra calumniantes recentiores Græcos, qui Latinorum ritum in consecrando Sacerdotes, & Episcopos, dum ordiuntur, Oleo Sancto, calumniant non cessant, & ita non evidenter à Dionysio Græco Doctore, & Apostolorum Discipulo affirmatur.

DECISIO LXII.

ARGUMENTUM.

Probatur Existentia Sacramenti Extremæ Unctionis, ejusque Institutio facta à Christo Domino. Adducuntur rationes, ac auctoritates pro hac veritate desumptæ à Conciliis, à SS. Patribus, & à Traditione Ecclesiæ. Constatuntur Lutherani, ac Calvinistæ hoc Sacramentum negantes; & eorum argumenta resolvuntur. Ostenditur triplicem esse Traditionem. Divinam, Apostolicam, & Ecclesiasticam. Compendiosa relatio nativitatis, vitæ, ac mortis Martini Lutheri. De origine, & causâ Epistolæ D. Jacobi Apostoli.

SUMMARIUM.

- 1 Lutherani, & Calvinistæ negant Sacramentum Extremæ Unctionis. Eorum argumenta num. 3. & seqq.
2 Extremam Unctionem esse Sacramentum definit Concilium Florentinum, ac Tridentinum. Rationes, & fundamenta. num. 6.
3 Effectus Sacramenti non dependet à bonitate Ministrum.
4 Epistola Divi Jacobi an sit vera, vel fida? & num. 18.
5 Congruentia instituendi Sacramenti Extremæ Unctionis.
6 Traditionem Apostolicarum vis, & auctoritas.
7 Testimonia SS. Patrum de veritate Sacramenti Extremæ Unctionis.
8 Extrema Unctio non est danda impenitentibus.
9 Gregorii Magni ordo consecrandi Oleum infirmorum.
10 Hæreticorum confessio, quod Ecclesia primis quinque sæculis in nibilo erravit.
11 Concilia antiqua loquentia de Sacramento Extremæ Unctionis.
12 Articuli fidei alii habentur à Scriptura, alii à traditione.
13 Traditio triplicis Divina, Apostolica, Ecclesiastica; ac de eisdem exempla.

- 16 Oratio fidei quid importet in Extrema Unctione.
17 Effectus Sacramenti Extremæ Unctionis duplex? & qui?
18 Concilium confirmatum à Papa est Regula fidei, quæ non potest infringi.
19 Martinus Lutheri hæresis ortus, & vitæ, & mortis compendiosa relatio.
20 S. Jacobus fuit promulgator, non autem Institutor Extremæ Unctionis, quæ ante scriptam ejus Epistolam erat in usu.
21 Epistola D. Pauli ad Romanos, & Epistola D. Jacobi, D. Petri, D. Joannis quo tempore sint conscriptæ? & qua de causa?

IN primis autem disputant Scholastici de existentia Sacramenti Extremæ Unctionis, & quarunt, Utrâm Extrema Unctio verè, & propriè sit unum ex Septem Sacramentis novæ legis; quod novissimis temporibus negarunt tum Lutherus de Capivon. Babilonica; tum Calvinus lib. 4. Institut. cap. 19. §. 18. quorum verba refert Gaip. Ivenin d. Differt. 7. q. 2. cap. 1. Nulli catholico dubitare licet, Extremam Unctionem esse verum Sacramentum novæ legis à Christo Domino institutum; eam sic distinctum sit ab Ecclesiâ præcipue in Concilio Florentino, ut in eo legitur, & habetur in Const. 19. Eugenii IV. Incipien. Exultate. cõ. §. 9. & in Concilio Tridentino sess. 14. De Sacramento Extremæ Unctionis cap. 1. & de eodem can. 1. ubi hæc verba: Si quis dixerit, Extremam Unctionem non esse verè, ac propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, & à beato Jacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut inventum humanum; Anathema sit. Certum est autem, quod Ecclesiâ Romana habet veram doctrinam Sacramentorum, & qui aliter sentit ab ipsa, est hæreticus. cap. Ad Abolendam. De Hæretic. Eminent. Cardin. de Lauræa De Sacram. Extrem. Unctio. d. disp. 11. num. 5. & Maffius in 4. Sent. disp. 6. numer. 7. Idcirco firma, ac inconcussa remanent hæc veritate, breviter videnda sunt Lutherianorum; ac Calvinistarum argumenta contra ipsam, eorumdemque resolutio.

Primum eorum argumentum est, quod nullibi in Sacra Scriptura legatur, quod Extrema Unctio sit Sacramentum.

Secundum: Quod ex verbis Epistolæ Divi Jacobi cap. 5. Versu 14. Infirmatur quis in Vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei, desum non potest, quod ipsa Extrema Unctio sit Sacramentum; siquidem effectus Sacramenti non debet pendere à bonitate, seu fide Ministrum; quia licet hic sit malus, vel etiam infidelis, modò habeat intentionem faciendi, quod Christus instituit, & quod facit Ecclesiâ, Sacramentum sortitur suum effectum; ut omnes DD. docent de Baptismo, Eucharistia, ac aliis Sacramentis. Sed in Unctione Extrema Apostolus Jacobus dicit necessariam esse fidem Ministrum, ibi: Et oratio fidei salvabit infirmum. Ergo ipsa non est Sacramentum.

Tertio: Sacramenta debent operari suos effectus infallibiliter. Sed hoc non facit Extrema Unctio; nam eum ejus effectus sint sanitas corporis, & salus animæ, plurimi infirmi est Oleo Sancto uncti non convalescunt in corpore; nec affirmari potest, eos esse sanatos in anima; quia peccatorum remissio in præfatis verbis Apostoli non promittitur infallibiliter, sed tantum per modum deprecationis. Ergo.

Quarto: Multi ex antiquis dixerunt Epistolam illam Divi Jacobi non esse ab eo conscriptam; sed ab aliis

aliis consitam, ut ex Eusebio Cæsariensi lib. 2. Hist. cap. 23. notat S. Hieronymus De Script. Eccl. & Emin. Card. Bellarminus eod. tract. de S. Jacobo Apostolo Vers. Quod attinet.

Quinto: Est, quod D. Jacobus scripserit dictam Epistolam, & illa Verba, quæ Extremam Unctionem concernunt, ipse facultatem non videtur habuisse eam elevandi ad dignitatem Sacramentalem. His tamen, & similibus minime obstantibus, verè, atque de fide conclusio est, Extremam Unctionem, de qua locutus est Divus Jacobus, fuisse, & esse verum Sacramentum novæ legis; quod multipliciter à Catholicis Doctores probatur.

Primo, quia ad esse Sacramenti requiritur signum sensibile denotans invisibilem ejus operationem in anima, item materia, forma, minister, & effectus. Hæc omnia recensentur in prædictis verbis Divi Jacobi; nam Unctio exterior eum Oleo Sancto, quæ fit in corpore infirmi denotat interiorem operationem gratiæ in ejus anima; oleum ipsum benedictum est materia, verba deprecativa sunt forma, Presbyter est Minister: consolatio, & vigot in anima ad resistendum tentationibus diaboli, remissio venialium culparum, & salus etiam corporis, quatenus sic expedit pro æterna salute, sunt effectus ipsius Sacramentalis Unctionis. Ergo manifestè constat, eam esse Sacramentum; cujus subjectum est homo christianus gravi infirmitate oppreßus. Ita ex Scholasticis Suarez in 3. part. D. Thomæ tom. 4. disp. 39. sect. 1. n. 8. Maffius in 4. Sent. disp. 6. n. 4. Emin. Card. de Lauræa De Sacram. Extremæ Unctio. disp. 11. n. 5. Ex Moralibus autem Layman lib. 5. tract. 8. cap. 1. n. 1. ac Salmanticenses de Sacramentis in genere tract. 7. cap. 1. num. 4. Nec non ex scripturis Cornelius à Lapide in d. Epist. D. Jacobi cap. 5. Vers. 12. col. 2. & Tirinus in Indice controversiarum Fidei contro. 25.

Secundo, ob rationem, ac congruentiam, quæ Deum movere potuit, & de facto movit ad hoc Sacramentum nobis præstandum; ut scilicet in articulo mortis, qui est valde formidabilis, haberent fideles potens gratiæ suæ auxilium. Sicut enim in ingressu hujus vitæ providit de Sacramento Baptismi; in progressu de Sacramento Penitentia; sic in exitu voluit providere de Sacramento Extremæ Unctionis, quod infirmi in mortis periculo constituti recrearentur, & confortarentur ad superandas Dæmonis tentationes. Ita ex doctrina Scoti Maffius d. disp. 6. num. 8. & Suarez d. disp. 39. sect. 1. num. 11.

Tertio propter traditionem Ecclesiæ, quæ usque ab initio ita edocæta ab Apostolis, & ab eorum successoribus semper creditur Extremam Unctionem esse unum ex septem Sacramentis à Christo Domino institutis, & jugiter illud fidelibus infirmis, administravit. Porro traditiones Apostolicæ non solum habitæ sunt scripto; sed etiam voce tantum juxta illud Apostoli 2. Thes. 2. 15. Itaque fratres stete, tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram: de quarum vi traditionum diserte Tirinus in d. Indice controversiarum fidei contro. 2. De Verbo Dei scripto, & non scripto num. 18. & Eminent. Cardin. de Lauræa in 4. Sent. d. tom. 3. De Sacram. Extrem. Unct. disp. 11. num. 35. ubi doctè scribit, de institutis à Christo non posse assignari solidum fundamentum, quàm traditionem eorum, qui cum eo sunt conversati, & per manus ad suos veros successores transfuserunt; siquidem Ecclesiâ regitur auctoritate, & traditione. cap. Catholica. disp. 11. & traditiones SS. Apostolorum sunt observandæ ab omnibus iis, qui dicunt, & esse volunt Christiani. cap. Si quis omnem. 1. q. 7. Concil. Trident. sess. 4. cap. 1. Idcirco cum Ecclesiâ Romana, quæ per antonomasiam dicitur Ecclesiâ, semper tenuerit ex traditione Apostolorum Extremam Unctionem esse verum Sacramentum, & ejusdem

administrationem semper admiserit, & prædicaverit, nefas est de illius existentia dubitare.

Quarto, ob testimonium SS. Patrum; quos referunt Cassius de Veterib. Sacri. Christianor. Ritib. cap. 32. Eminent. Cardin. Bellarminus tom. 3. de Extrem. Unct. Suarez d. tom. 4. disp. 39. sect. 1. n. 10. ubi inter alios adducit S. Dionysium Areopagitam Apostolorum discipulum de hoc Sacramento manifestè loquentem: Layman d. lib. 5. tract. 8. cap. 1. num. 3. & Gaspar Ivenin d. differt. 7. qu. 2. cap. 2. art. 2. ubi Origenes, S. Jo. Chrysostomus, S. Augustinus, & post eorum tempora, continuis sæculis, alii Doctores, ac Episcopi, qui in diversis locis orientis Christiani, ac Episcopi, qui in diversis locis occidentis per studiosum Lectorem videntur; mihi enim satis esse referre duos, nempe Innocentium Papam primum, qui, ut supra dixi, fedit anno 402. & scribens ad Decentium Eugubinum Episcopum; Epist. 1. cap. ult. relata in cap. Illud superfluum; disp. 95. duo dicit de hoc Extremæ Unctionis Sacramento; Unum, quod etiam ab Episcopo potest ministrari; Alterum, quod non est dandum impenitentibus, rationem subdens, quia Genus est Sacramentis: nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? Ergo Summus hic Pontifex à suis majoribus didicerat Extremam Unctionem esse unum ex septem Sacramentis Ecclesiæ; & tamquam Sacramentum non esse indignis conferendum, quemadmodum neque alia hujusmodi licitum est conferre, etiam in mortis periculo constitutis, nisi penitentibus. cap. Ab infirmis. 26. q. 7. ubi etiam de hoc Sacramento mentionem Theodori Archiepiscopi Cantuariensis ordinati à Vitaliano Papa Anno 668. ut observat Ivenin d. art. 2. Vers. Probatur quintò. Prædictis mihi adjuvare placet S. Gregorium Magnum evedum ad Summi Pontificatus apicem Anno 590. qui in suo Sacramento FERIA V. in Cæna Domini ponit modum consecrandi oleum pro Sacramento Extremæ Unctionis, dicens: Tunc offertur Pontifici oleum, & benedicit illud tam ipse, quàm omnes Presbyteri ad unguendum infirmum, &c. Et subinde præscribit orationes recitandas in administratione ejusdem Sacramenti, inungendo infirmum cum eodem Oleo benedicto. Supradictos duos Summos Pontifices Innocentium, & Gregorium in testes hujus Sacramenti adducere volui fretus exhortatione Richardi Archiepiscopi Societatis Jesu Theologi veritissimi in controversiis Heterodoxis, ac Scholasticis; qui in sua Theologia Tripartita tom. 1. tract. 2. cap. 1. advertit, quod Lutherani, ac Calvinistæ contentantur, primitivam Ecclesiam quingentis circiter annis post Christum fuisse sanctam, incorruptam, & omnis erroris expertem; quapropter testimonia SS. Patrum, atque Doctorem, qui scripserunt de articulis fidei, ac Sacramentorum usque ad sextum sæculum, sunt irrefragabilia, & omni exceptione majora, & hoc idem asserere Calvinista testatur Corn. à Lapide in Apoc. capit. 9. col. 6. Vers. Porro insuff.

Quintò hucusque relatis probationibus accedunt multiplicia Concilia expressè loquentia de hoc Sacramento Extremæ Unctionis per decem antehac transacta sæcula, quæ referuntur ab Eminentiss. Cardin. de Lauræa in Epitome Canonum Verb. Extrema Unctio, nec non in 4. sent. d. tom. 3. disp. 11. numer. 3. videlicet Cabilonea. III. celebratum sub Leone III. circa annum 813. quod in can. 48. decernit; hoc Sacramentum esse infirmis ministrandum. Moguntin. II. habitum sub Leone IV. anno 847. Lateranen. III. part. 50. cap. 22. ubi definitur, ministrum esse Episcopum, vel Sacerdotem. Constantien. in Constitut. Martini V. circa medium. Florentinum in Decreto Unionis Armeno-

rum ubi *Constitut. XIX.* Eugenii IV. docentis §. 9. septem esse Ecclesie Sacramenta, inter quae enumerat Extremam Unctionem, & aliis relictis *Concilio Tridentino sess. 7. de Sacramentis can. 1. & sess. 14. in doctrina Sacramenti Extrem. Unct. cap. 1. ac etiam can. 1. & 2.* ubi docet, quod instituta est sacra haec unctio infirmorum tanquam verè, ac propriè Sacramentum novis Testamenti à Christo Domino. Supra scripta, ac alla Concilia referunt etiam Suarez d. *ton. 4. disp. 39. scilicet. 1. num. 9.* Layman *dist. lib. 5. trad. 8. cap. 1. sub num. 3. & Maffrius dist. disp. 6. num. 5.* quibus omnibus plene, ac concludenter probata remanet haec Veritas, quae omnino tenenda est, tanquam de fide, quod scilicet, Extrema Unctio est verum Sacramentum novae legis à Christo Domino institutum.

Neque obstant, aut subsistant argumenta contraria. Non Primum, quia, ut ei bene respondet Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. *disp. 11. num. 8.* Non omnia, quae tenent, ac tenent Ecclesiam, habentur in Scriptura; sed ex eis multa per traditionem accepta sunt; imò hic fuit error Calvini *lib. 4. Institut. cap. 8. §. 8.* quem accepit à Manichæis, & Marcionitis dicentibus, solum Verbum scriptum esse ad salutem necessarium. Contrarium tamen definitur Concilia, & Patres, nimirum non omnia haberi in Verbo scripto; sed multa in traditionibus, quibus constanter est inherendum, ut demonstravimus supra in probatione tertia; idque latè profertur Ricardus Arsdiechin in *dist. Theolog. Tripart. tom. 1. trad. 1. cap. 7.* ubi auctoritates plurimas congerit circa Traditiones, quas in tres species dividit, nempe in Divinas, Apostolicas, & Ecclesiasticas; quarum prima traditæ sunt à Christo Domino, prout illa, quod in consecratione calicis miscetur aqua; dies festiva celebratur Dominica loco Sabbati; benedictiones fiunt cum signo Crucis. Aliae vero sunt Apostolicæ, quae immediate ab Apostolis traditæ sunt, puta Quadragesimale jejunium, ut ait S. Hieronymus in *Epist. ad Marcellianam*, & aliae quae communiter servantur in Universis Ecclesiis, quamvis non sint in Conciliis statuta; juxta id, quod ait S. Augustinus *lib. 4. de Baptismo cap. 24.* nimirum: *Quod universa tenet Ecclesia, nec in Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum relictum creditur.* Aliae appellantur Ecclesiasticæ, quae ordinatae sunt in Conciliis, & in Decretis Summorum Pontificum tum quo ad fidem, tum quo ad mores pertinentes, & de his latissime Cardenas in *Crist. Theologica bipartita trad. 3. disp. 23. cap. 5. §. 7.* ubi *num. 23.* docet, obligationem recitandi quotidie officium Canonicum provenire à Traditione Ecclesiastica.

Secundum argumentum non obstat, quod effectus hujus Sacramenti pendeat à bonitate, vel fide Ministri; ita quod necessariò requiratur bonitas, & fides in illo, & ab illa pendeat effectus Sacramenti; nam ut respondet Maffrius d. *disp. 6. num. 10.* in illis verbis Divi Jacobi Apostoli *Oratio fidei*, sermo est de fide Ecclesiae, in cuius fide Sacramenta administrantur: unde per orationem fidei in praecitatis verbis non debet intelligi fides Ministri subjectiva, sed objectiva; quia nimirum, ait Maffrius ibidem, *Oratio adhibita à Ministro, ad hoc Sacramentum conferendum verbum Dei continet, & mysterium fidei, quod saltem objective debet Minister in mente praebere, dum ipsum ministrat hoc Sacramentum; quo sensu etiam factum habere debet in aliorum Sacramentorum administratione.*

Tertium argumentum tollitur respondendo, duos esse effectus Sacramenti Extremæ Unctionis, ut inferius suo loco dicemus, *Unum* principale, nempe collationem gratiae, & remissionem venialium, & hic est certus, nisi ponatur obex à parte infir-

mi; alterum secundarium, scilicet sanitatem corporis; & hic est non certus, quia promittitur sub conditione, si fuerit expediens pro salute animæ. Igitur infallibilis est effectus, quatenus forma Sacramenti consistit in verbis deprecatoriis, quia sub hac forma institutum est à Christo, & promissa est collatio gratiae, ac remissio venialium; ac quatenus expedit sanitas corporalis. Ita Maffrius d. *disp. 6. num. 10.*

Quartum argumentum non meretur, ut ei respondeatur, quia contra haestantes, an Epistola Divi Jacobi sit canonica, decium est circa annum 318. in Concilio Laodiceno, eam esse Canonicam, prout habetur etiam in *cap. Sancta Romana. dist. 15.* & ultimo in Concilio Tridentino *sess. 4. cap. 1.* Quare est antiquus nonnulli dubitaverint de legitimitate illius Epistolæ, prout fecerunt etiam de Epistola Divi Pauli ad Hebræos, de Apocalypsi Joannis, & de aliis Epistolis Divi Petri, hodie impium est, eas vertere in dubium, quia Concilium confirmatum à Papa est regula fidei. *cap. Hæc est fides, & cap. Rogamus 24. qu. 1.* ut latius demonstrat Eminentiss. Card. de Lauræa d. *disp. 11. n. 9.* ubi etiam allegat plurimos ex SS. Patribus antiquis, qui eandem Epistolam Divi Jacobi veram, legitimam, & ab eodem scriptam esse tenuerunt; idemque facit Cornelius à Lapide in Proemio Commentarii ejusdem Epistolæ, ubi ait, quod Lutherus eam à Canone Sacrae Scripturae rejecit, ac ratione, quia ipsa commendat opera bona, & sic adversatur doctrinæ ejusdem Lutheri docentis, nos sola fide justificari, christianismoque esse liberis ab observatione mandatorum, itant perpetrare possint quicquid lubet.

De Martino Luthero Hæresiarca, hæc pauca cursoriosus Lector notet. Ipse natus est Islebii Oppido Saxonie, in ditione Comitum Mansfeldensium ex Joanne Luthero, & Margarita Lindemana conjugibus die 22. Octobris Anno 1483. ut scribit P. Jo. Baptistæ Ricciolius in sua Chronologia Reformata *tom. 3. Indice II. Verb. Martinus Lutherus.* etiam nonnulli velint, illum ab incubo cacodæmone ex dicta Margarita genitum fuisse: Abraham Bzovius Anno 1517. *num. 7.* addens, quod prædicti Patris sui cognomen erat *Lotheb*, significans hominem scurræ, seu impurum, aut nebulonem, ideò ipse Martinus voluit cognominari *Luther*, quod Germanica lingua sonat purum, seu lucidum. Puerulus ad addiscendas Litteras missus Magdeburgum, erat ita pertinax, & impetuosis, ut Praeceptoris opus esset illum frequenter verberare. Linguam latinam edoctus Philosophiæ studii Ilenaci, & Erphordiae; ubi quadam die à periculosissimo fulminis ictu perterritus, emisso Voto capeffendæ religiose vitæ Augustinianum Ordinem ingressus est Anno 1504. ætatis suæ 21. & facta professione, Theologiæ navavit operam; et in arguendo, ac disputando adeò elati, & vehementer erat ingenii, ut aliis per superbiam se præferret, meram virum sæpè ejus lingua funderet, ejusque aculeos, & morsus vix quisquam etiam amicorum potuerit effugere, nec vereretur, D. Thomam, aliisque Scholasticos Doctores inter docendum carere, & fugillare. Interim publicata per PP. Dominicanos plenaria Indulgentia, à Summo Pontifice concessa facientibus elemosynam pro restauranda Principis Apostolorum Basilica, iratus Lutherus, ed. quia PP. Augustiniani erant soliti collictores hujusmodi elemosynarum, impugnavit Indulgentiarum valorem, & Romæ condemnatus erupit Anno 1517. in multiplicibus hæreses, quas simul collectas refert Salles de S. Inquisit. *lib. 3. cap. 18. Regula 288. à num. 36. & seqq.* In ejus capitulo Dæmonem insidentem visum fuisse à Maximiliano Cesare testantur scriptores relati à Raynaldo ad *Annum 1521. numer. 42.* Religioso habitu deposito Lutherus ipse sibi in uxorem absumpsit Monalem nomine Cathari-

tharinam de Bare, quæ etiam fuerat Abbatisa. Idem Raynald. *Ann. 1523. num. 71. & Anno 1525. num. 52. & 53.* Nullum erit vitiorum genus, quod non exerceret, solitus dicere, Concubium tam necessarium esse homini, quam cibum. Cornel. à Lapide in *Epist. ad Roman. cap. 1. sub Vers. 26.* Tandem insensum tum Ecclesiae, tum Principibus, ac Magistratibus, cum catholicam fidem, ac publicam pacem suis hæresibus per totam Germaniam irreparabiliter offendifset, nocte ante diem 17. Februarii Anno 1546. & ejus vitæ 63. migravit inopinatò ad inferos, antea bene potus in cena, & dormiens suffocatus, ut creditur à Diabolo. Ricciolus ubi supra; & ex Bzovio, Genebrardo, & aliis Cornelius à Lapide in *Apocalypsi. cap. 19. Vers. 21.* addens, quod ejus funus magna corvorum turba comitata est; ac etiam ingens dæmoniorum numerus, relictis energumenorum corporibus, ut nonnulli ex ipsis nefandis spiritibus gloriante confessi sunt, reversi in eadem energumenorum corpora, completo Lutheri funere; idemque referunt Tilman Brandembach *lib. 7. Sacrar. Collat. cap. 39.* & Menoch. in *Stoeris part. 4. Centur. 7. cap. 95.*

Quintum tandem, & ultimum argumentum, quod erat ipsius Lutheri *lib. de Captivitat. Babylon. de Extrema Unctione.* nec non Calvinii *lib. 4. Instit. cap. 19. §. 18.* quos recentet Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. *disp. 11. sub num. 8.* facile resolvitur, respondendo S. Jacobum Apostolum non fuisse institutorem hujus Sacramenti, sed ejusdem promulgatorem, ut ait Concil. Trident. d. *sess. 14. de eodem Sacrament. 20;* & ideò vitrentur conferendi gratiam, remittendi venialia, & aliquando sanandi corpus ei concessit Christus Dominus, à quo fuit institutum; non autem Apostolus, à quo fuit promulgatum; ut ante Tridentinum Concilium docuerunt illa duo luminaria magna Scholasticæ Theologiæ S. Thomas in *4. Sent. dist. 23.* & Scotus *ed. loco quæst. Unic. A. Et est notabilis illa observatio, quam facit Lindanus in sua Panoplia lib. 4. cap. 96.* quem refert Maffrius d. *disp. 6. num. 12.* quod scilicet, antequam Divus Jacobus scriberet dictam Epistolam, Sacramentum Extremæ Unctionis erat in usu apud fideles; quibus jam traditum fuerat per prædicationem Apostolorum. Igitur Divus Jacobus non fuit Auctor hujus Sacramenti, neque illud instituit; sed primus fuit, qui ipsum scripto promulgavit, cum antea viva voce tum ab eodem Apostolo, tum ab Apostolis aliis fuisset promulgatum, & prædicatum cum fidelibus infirmis tanquam institutum à Christo, à quo iisdem junctum, & præceptum fuerat, ut idem Sacramentum fidelibus prædicarent, & de eo illos instruerent, ut in gravi infirmitate ipsum reciperent; prout jam multo tempore antequam scriberetur Epistola D. Jacobi, in quacumque Orbis parte, ubi se contulerant Apostoli, faciebant, & practicabant.

Et hic studiosus Lector observare non prætermittat, quod hæc Epistola Canonica Divi Jacobi scripta est post editam Epistolam Divi Pauli ad Romanos; cum enim in ea mirè fuisset exaltata, ac commendata fides in Christum, & depressa opera Legis Mosaicæ; inde ansam acceperunt Simon Magus, Menander, Carpocras, & alii hæretici sequaces docendi bona opera non necessaria presentibus fidem Christianam; prout fuis tempore denò prædicarunt Lutherus, & Calvinus; ideò S. Jacobus Apostolus, ac etiam Divus Petrus, ac S. Joannes, suas scripserunt Epistolas, ut fideles certos facerent de bonorum operum necessitate, ut notant Cornelius à Lapide, & Tirinus in Proemio ejusdem Epistolæ Divi Jacobi. Porro Epistola D. Pauli ad Romanos scripta fuit post annum à morte Christi vigesimum sextum, ut probat idem Tirinus in *Chronie. Sacr. cap. ult. d. ann. 26.* Igitur non est credendum, quod fideles Christiani, qui in totè Orbis partibus ba-

baptizati fuerunt per annos viginti sex, & ultra ab Apostolis, & eorum discipulis, caruerint hoc Sacramento Extremæ Unctionis; sed è contra tenendum omnino est, quod Apostoli, sicut & alia Sacramenta, illud docuerint, & juxta administraverint, juxta traditum sibi præceptum à Christo; etsi de illo nullus mentionem fecerit in scriptis, nisi S. Jacobus in sua Epistola Canonica post annos 27. vel 28. à morte Christi conscripta.

DECISIO LXIII.

ARGUMENTUM.

Disputatur Ubi, & Quando Sacramentum Extremæ Unctionis sit à Christo Domino institutum? Referuntur duæ opiniones. Inquiritur, An Unctio, quam faciebant Apostoli Marc. 6. 13. fuerit solùm miraculosa, an etiam Sacramentalis? Rationes pro, & contra. Concluditur, hoc Sacramentum fuisse institutum à Christo post ejus Resurrectionem. Docetur, cur SS. Evangelistæ de eo expressè non scripserint?

SUMMARIUM.

- 1 Sacramentum Extremæ Unctionis ubi, & quando sit à Christo Domino institutum?
- 2 Missa Apostolorum ad sanandos infirmos unctio olei de qua Marc. 6. 13. an fuerit institutio hujus Sacramenti?
- 3 Nullus à Christo Janatus in corpore, qui non fuerit etiam Janatus in anima.
- 4 Apostoli quando sint ordinati Sacerdotes?
- 5 Unctio cum oleo, quam faciebant Apostoli Marc. 6. 13. erat miraculosa, non Sacramentalis ex communis opinionis DD.
- 6 Unctio prædicta fuit instituta Sacramentalis tunc, sed non pro tunc. Quod declaratur.
- 7 Sacramenta non dantur non baptizatis.
- 8 Extremæ Unctionis Sacramentum institutum est à Christo post ejus Resurrectionem. Rationes duæ num. 9.
- 10 Apostoli quando sint consecrati Episcopi?
- 11 Evangelistæ cur non meminerint expressè Sacramenti Extremæ Unctionis?

Attenta itaque certa Institutione hujus Sacramenti à Christo Domino facta, disputant Scholastici, ubi, & quando Christus Dominus illud instituerit? & circa hoc quæsitum duæ sunt præcipuæ Theologorum opiniones.

Prima est, quod Christus Dominus illud instituerit, quando misit Apostolos ad prædicandum cum potestate sanandi infirmos per sacram olei unctioem, ut legitur apud S. Marcum *cap. 6. Vers. 13.* Et ungebant oleo multos egros, & sanabant. Videtur enim dicendum, quod Apostoli uterentur ea unctioem ex præcepto Christi non tantum ad salutem corporum; sed præcipue ad salutem animarum, quæ potissimum per hæc miracula à Christo intendebatur; ex ea communi Sanctorum Patrum sententia, quod Christus nullum sanaverit in corpore, etiam non concesserit salutem in anima, cui Paralytico per Christum sanato in probatica piscina *Joan. 5. 14.* cui post sanitatem corporis restitutum, dixit: *Eccè jam sanus factus es; jam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Et idem constat de cæco illuminato *Joan. 9. 36.* quem postquam Christus illuminavit in oculis corporalibus, spiritaliter illuminavit in mente, dum illum ad credendum in Filium Dei induxit, dicens: *Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est Domine, et credam in eum? Dixit ei Jesus, & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est.* At ille ait:

ait: *Credo Domine; Et procedens adoravit eum.* Itaque cum illa Unctio, quam adhibebant Apostoli ad sanandum egros præsumatur ordinata tum ad sanitatem corporum, tum ad salutem animarum, eo tempore videtur tenendum, quod fuerit à Christo Domino hoc Sacramentum Extremæ Unctionis institutum; ut ex DD. antiquis opinati sunt Beda, Theophylactus, Lyranus, Dionysius Carthusianus, & alii relati per Cornelium à Lapide in *Commentar. D. Marci di. cap. 6. Vers. 13.* & per Tirinum *ibid.* ac Barradam *tom. 2. in Evangel. lib. 9. cap. 14. in fine.* & ex DD. modernis censuerunt Alphonsus à Castro, Maldonatus, Franciscus Lucas, Richellius *ibid.* citati, & Nugnus in *3. p. D. Thom. q. 29. Supplementi diff. 2.*

Porro huic opinioni quatuor sunt, quæ indissolubiler refragantur. *Primum*, quod solus Sacerdos est minister hujus Sacramenti Extremæ Unctionis. Sed Apostoli eo tempore non erant Sacerdotes, quia tales ordinati sunt à Christo tantummodo in ultima Cæna, quando instituta Eucharistia, dedit eis potestatem consecrandi, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* Alterum, quod tunc Apostoli ungebant oleo etiam non baptizatos, & non moribundos: At Extrema Unctio instituta est tantum pro baptizatis, ac moribundis. *Tertium*, quod omnes uncti ab Apostolis sanabantur, & hoc non operatur semper Sacramentum Extremæ Unctionis, cujus infallibilis effectus est salus animæ per remissionem Venialium, & robor mentis; sanitas verò corporalis est incerta, & conditionata, quatenus profutura sit animæ salutem. *Quartum*, quod Tridentinum Concilium *d. sess. 14. de Extr. Unct.* ait, per illam Unctionem adhibitam ab Apostolis, fuisse quidem insinuatam hoc Sacramentum; insinuatio autem non est institutio, sed typus, præludium, & quædam adumbratio futura Institutionis; prout baptismus Joannis adumbrabat, & præfigurabat Sacramentum baptismi insinuatum; ut latius considerat Mastrius in *4. sess. d. disp. 6. sub num. 16.* Neque ponderosa est responsio, quod tunc Christus dispensaverit cum Apostolis, ut ipsi possent ministrare hoc Sacramentum, quamvis non essent Sacerdotes, & quod etiam non baptizatis possent illud conferre; quia hæc repugnant recto ordini Sacramentorum, quæ danda veniunt à propriis Ministris, & solum iis, qui ingressi sunt in Ecclesiam per baptismum janam aliorum Sacramentorum; sine quo homines non sunt capaces receptionis gratiæ, & remissionis peccatorum, effectus principalis Extremæ Unctionis, quæ est Sacramentum. Ideo concludendum videtur, Unctionem illam, quam tunc dabant Apostoli, & de qua scribit S. Marcus *di. cap. 6. Vers. 13.* fuisse quamdam Unctionem miraculosam tantum, ad sanitatem corporum conferendam: non autem Sacramentalem, ut sentit Suarez *tom. 4. in 3. part. D. Thom. d. disp. 39. sess. 2. n. 4.* Cornel. à Lapide *Comment. in S. Marcum. d. cap. 6. Vers. 13.* & Tirinus *ibidem.* Gonet *tom. 5. tract. 6. disput. 1. num. 17.* Layman *d. lib. 5. tract. 8. cap. 1. num. 2.* Biffus in *Hierurgia tom. 1. Verb. Extrema Unctio numer. 244. §. 2.* & Mastrius *d. disp. 6. num. 15. Vers. Verum.*

Ut hæc difficultates effugiat, & à prædicta prima opinione non divedat Emin. Card. de Lauræa *d. disp. 11. de Extr. Unct. n. 77.* eam recipit cum hoc temperamento, quod scilicet fuerit instituta Unctio Extremæ Sacramentalis, tunc, sed non pro tunc; id est eo tempore, quando Apostoli missi sunt prædicare, & sanare infirmos unctioe olei, ut refert S. Marcus *d. cap. 6. Vers. 13.* fuerit realiter institutum à Christo hoc Sacramentum; sed non pro tunc administrandum ab eis, nec in usu deducendum, quia tunc neque ipsi erant Sacerdotes, nec audiores erant tunc subiecta capacia, quia nondum erant baptizati, & sine baptis-

mo recipere non poterant alia Sacramenta. *cap. Si Presbyter. 1. q. 1. cap. Veniens.* De Presbytero non baptizato. Propterea reſervatus fuit usus hujus Sacramenti tempore congruo, nempe postquam fuerit publicatus baptismus, & in usu deductus; at ejus institutio probabiliter credi potest facta antecedenter, quando Apostoli ministrabant illam Unctionem Olei curativam, de qua Marcus *cap. 6. Vers. 13.* & hæc curatio, de causa cautè, ac prudenter dictum est à Tridentino Concilio *d. sess. 14. de hoc Sacramento.* Apud Marcum fuisse insinuatam, per Jacobum autem Apostolum, fidelibus commendatam, ac promulgatam, intelligendo per promulgationem praxim, & usum Sacramenti post Ascensionem Domini; per insinuationem vero ejus realem institutionem ante passionem Domini, ab eo, ut supra factam. Hæc de prima opinione.

Secunda opinio est, quod hoc Sacramentum fuerit institutum à Christo Domino post ejus Resurrectionem statim ac instituit Sacramentum Penitentia; videlicet quando dedit Apostolis potestatem remittendi peccata, per illa Verba *Joan. 20. Quorum remisistis peccata, remittantur eis;* tunc enim successivè Saluator instituit etiam Sacramentum hoc Extremæ Unctionis; quod propterea censetur consequens ad Sacramentum Penitentia; & vocatur à Tridentino Concilio *d. sess. 14. Penitentia consummativum*, ac veluti complementum. Ideo sequitur evidenter, & videtur satis probabile, quod Extrema Unctio Sacramentalis non sit instituta ante Sacramentum Penitentia; ne dicamus, accessorium præcessisse principale, sed statim post Sacramentum Penitentia; Ratio hujus secundæ opinionis duplex est: *Una*, quia cum hoc Sacramentum supponat in Ministro potestatem remittendi peccata; hanc Christus non dedit Apostolis, nisi post Resurrectionem per supradicta Verba *Joan. 20. Quorum remisistis peccata &c.* quod nos solum examinavimus in Decisionibus de Penitentia *Decif. 12. num. 2.* & *3.* Ergo neque Extremam Unctionem instituit ante ejusdem potestatis traditionem. *Altera*, quia materia hujus Sacramenti est Oleum ab Episcopo consecratum, ut probavimus infra *Decif. V.* Sed Apostoli non fuerunt ordinati Episcopi ante ultimam cœnam; ergo neque ante ultimam cœnam Extrema Unctio fuit instituta: siquidem licet certum sit Apostolos fuisse à Christo ordinatos Episcopos, ut testatur S. Clemens Papa Primus *lib. 8. Constit. Apostolicæ. cap. ult.* Sed non habeamus expressum tempus, in quo fuerint ordinati Episcopi; & magis communis sit opinio, fuisse ordinatos Episcopos in ipsa ultima cœna, ut tenet id Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa *in 4. Sent. d. tom. 4. disp. 7. num. 72.* colligitur dicta secunda ratio, quod scilicet Extrema Unctio non fuerit ante Passionem Domini instituta; cum adhuc Apostoli non obtinuerint characterem Episcopalem, neque facultatem consecrandi materiam ejusdem Extremæ Unctionis. Igitur probabilius censetur, fuisse institutum post Christi passionem; scilicet successivè post institutum Penitentia; Sacramentum; ut differant & concludunt Suarez *d. tom. 4. in 3. p. D. Thomæ disp. 39. sess. 2. num. 5.* Avera *d. Extrem. Unct. quest. Unica sess. 1.* Layman *d. lib. 5. tract. 8. cap. 1. numer. 2.* Gonet *d. disp. 1. num. 18.* Amicus, Aretinus, Hiribarnes, & alii recentiores, quos citat, & sequitur Mastrius *d. disp. 6. n. 14. in fin.* cum quibus concordat Hermes *Theologicus tom. 8. cap. 9. Vers. Quando verò.*

Sed dicit aliquis: Cur Sancti Evangelistæ non meminerunt expressè, ac distinctè institutionis hujus Sacramenti Unctionis Extremæ? Huic instantia; respondet Mastrius *d. disp. 6. n. 17.* his verbis: *Evangelistæ solliciti fuerunt in iis Sacramentis recensendis, quæ ad salutem necessitatem pertinent; & ad Ecclesiæ dispositionem, ejusque à reliquis scilicet distinctio-*

nem;

nem: hoc autem Sacramentum non est ad salutem necessarium, sicut neque Confirmatio. Imò neque materia, & forma Sacramenti Ordinis habentur distinctè apud Evangelistas, & tamen hæc tamquam à Christo instituta acceptantur ab Ecclesiâ. Sic ergo in proposito perpetua traditio Ecclesiæ, & usû apud Græcos, & Latinos constat Extremam Unctionem esse Sacramentum à Christo Domino institutum: plura quippe sunt, quæ Christus oratoribus per Apostolos tradidit Ecclesiæ, ut colligitur ex *cap. 1. Act.* ubi Christus dicitur apparuisse Discipulis per dies quadraginta, & cum eis convalescens de Regno Calorum fuisse locutus, instruens, & erudiens eos de omnibus ad Ecclesiæ gubernationem pertinentibus. His consonant ea, quæ scripta reliquit ipsemet Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa *d. disp. 11. num. 8.* sic dicens: *Non omnia, quæ tenet, ac tenet Ecclesiâ, habentur in scriptura; sed ex eis multa per traditiones accepta sunt.* Et hic fuit Calvinus error *lib. 4. Instit. cap. 8. §. 8.* quem accepit à Manicheis, & Marcionitis, dicentibus solum verbum scriptum esse ad salutem necessarium. Contrarium definitur Concilia, & Patres, nimirum non omnia in verbo scripto haberi, sed multa in traditionibus; Ecclesiâ enim traditione, & auctoritate regitur ex *diff. 11. cap. Catholica; & Christianos non esse, qui traditiones non recipiunt, docuerunt Damianus Episc. 2. Marcellinus Episc. 1. Syricus Episc. 4. diff. 12. cap. Ridiculum est, & Concilium Constantinopolit. 4. cap. 1. Senonen. cap. 5. ac Treverren. cap. 4. Idem repetit sub num. 35. subdens: Non posse de institutis à Christo solidius assignari fundamentum, quam traditionem eorum, quicquid eo sunt conversati, & per manus ad suos veros successores transmissum. Igitur quamvis non sit ab Evangelistis notatum expressè tempus, quo fuit à Christo institutum Sacramentum Extremæ Unctionis, cum illud ab Apostolis fuerit prædicatum, & per traditionem ad successores Episcopos, ac fideles transmissum præter promulgationem in scriptis de eodem per Divum Jacobum factam, certi sumus de vera ejus Institutione, esse ante passionem Christi, an post ejus Resurrectionem emanaverit, Scriptura Sacra non dicat.*

DECISIO LXIV.

ARGUMENTUM.

Traditur definitio Sacramenti Extremæ Unctionis, cujus materia est Oleum olivarum ab Episcopo consecratum. Explicatur sex genera Oleorum, & ostenditur, aliud esse Oleum Nominale: aliud Naturale: aliud Artificiale: aliud Supernaturale: aliud Infernale: aliud Sacramentale. Circa omnia prædicta variæ eruditiones habentur, præcipue de bonitate, & usu Olei naturalis: de obligatione solvendi Decimam de ipso. De Lucernis perpetuis antiquarum. De Oleo, quo Reges Francorum inaugurantur. Et de aliis miraculosis multis.

SUMMARIUM.

- 1 Definitiones aliæ Physicæ, aliæ Metaphysicæ, aliæ Quidditative, aliæ Quæsitivæ.
- 2 Definitio Sacramenti Extremæ Unctionis tradita à Scoto.
- 3 Oleorum genera sex.
- 4 Oleum Nominale quale sit? Exemplum tria.
- 5 Olei, seu Olei fluminis descriptio, item piscis.
- 6 Olea ex fontibus nascentia, seu potius aqua crassa, & sulphurea.

De Sacramentis in genere.

- 7 Olea Balenarum, Thygnorum, & aliorum magnorum piscium.
- 8 Oleum naturale est verum Oleum factum ex olivis. De eo notabilia quatuor.
- 9 Oleum non contrahit contagium, prout neque Panis, neque Vinum.
- 10 Mattheus Veglesis Min. Conv. Theologus Publicus Paduæ laudatus.
- 11 Olei usus quadruplex. Et qui?
- 12 Cardinalis de Noris Canonapbia Pisana commendata.
- 13 Decima debetur Parocho de Oleo olivarum noviter plantatarum.
- 14 Oleorum artificialium species innumera.
- 15 Nardino oleo, ac balsamo Odoratissimo olim lampades Ecclesiarum nutriebantur.
- 16 Lucernæ antiquorum inextinguibiles. Exemplum de reperiis in Sepulchris.
- 17 Olea Supernaturalia, seu miraculose orta. Exemplum tum de eorum productione: tum de eorumdem operatione.
- 18 Francorum Reges oleo Supernaturali inaugurantur.
- 19 Olea miraculosa in danda sanitate. Exemplum de Oleo Lampadis B. Felicis Capuccini.
- 20 Oleum Variolis, ac morbilis est adversum.
- 21 Infernale Oleum, quo sage, ac Sirge iunguntur. Exemplum curiosa de bis.
- 22 Sacramentale oleum quale sit? Ejus veneratio apud antiquos fides: Odium apud hereticos.
- 23 Oleorum Sacrorum dispensatio signum Cathedra-

Post quam probavimus existentiam ac Institutionem Sacramenti Extremæ Unctionis, opus est ejusdem Sacramenti definitionem tradere. Circa quam observare licet quod scribit Emin. Cardin. de Lauræa *d. disp. 11. de Extrem. Unct. art. 2.* & Mastrius *d. disp. 6. num. 18.*, videlicet definitiones assignari vel physicæ tantum, quando assignantur partes Sacramenti physicæ solummodo; & hoc modo definitur hoc Sacramentum, ut sit Unctio facta oleo benedicto in ois partibus corporis; ubi præcipue quinque organa sensuum vigent, sub præscripta verborum forma. Vel proponi tantum Metaphysicè tradendo solum genus, & differentiam; & sic definitur illud, quod sit, *Signum rei Sacre, quo aliquæ partes corporis infirmi unguuntur oleo benedicto sub præscripta Verborum forma juxta Christi institutionem, ad salutem anime, & corporis.* In qua definitione ly *Signum Rei Sacre* stat loco generis, in quo Extrema Unctio convenit cum cæteris Sacramentis; reliqua autem verba stant loco differentia; quia per ea ab aliis distinguitur. Vel dari definitionem quidditativam, quæ contineat omnes terminos relativos, & hoc modo dicitur, quod Extrema Unctio est Sacramentum ex Sacra Unctioe Olei, & præce Sacrotatis confectum, & ad salutem mentis, & corporis ægrotantis hominis divina institutione ordinatum. Et in hac definitione habentur omnes relationes, quæ concurrunt in hoc Sacramento tam circa ejus institutionem, quam circa materiam, formam, ministrum, subiectum, & effectus; quibus omnibus attentis resultat quidditas, ac ratio essentialis hujus Sacramenti. Tandem proponi alias definitiones Quæsitivas appellatas, quæ potius sunt descriptiones declarantes omnia necessaria ad conscientiam Sacramentum, & ad ejus naturam, atque operationem intelligendam: & juxta hunc sensum Extremæ Unctionis Sacramentum definitur à Scoto in *4. Sent. dist. 23. quest. Unic. B.* quod sit Unctio hominis infirmi penitentiis facta in determinatis partibus corporis à sacerdote simul verba certam cum intentione debita profertente, ex institutione

ne di-

ne divina efficaciter significans curationem finalem Venialium, cum oleo consecrato ab Episcopo. Hæc definitio exacta, & completa est, utpotè explicans omnia, que ad hoc Sacramentum requiruntur. Siquidem h' Unctio in determinatis partibus corporis est materia proxima. Ly à Sacerdote designat ministerium. Ly verba certa etc. demonstrant formam. Ly hominis infirmi etc. indicant Subjectum, seu susceptibilem. Ly ex institutione divina innunt causam efficientem. Ly Curationem finalem Venialium important causam finalem; & Ly Cum oleo consecrato, Materiam remotam ejusdem Sacramenti, ut infra distinctè declarabimus.

Interim cum materia remota Extremæ Unctionis sit Oleum, ne pigeat studiosum lectorem discere sex genera Olei: aliud enim Oleum est Nominale: aliud Naturale: aliud Artificiale: aliud Supernaturale: aliud Infernale: & aliud Sacramentale.

Oleum Nominale est illud, quod potitur tantum hoc nomine Olei; in substantia autem non est Oleum; & de hoc genere tria dantur exempla: Unum fluminis Olzi, quod etiam nuncupatur Ollius; & est fluvius Italiæ oriens ex montibus Rhetiz, ac Vallis Tellinz, per Territorium Brixianum in Lacum Sebinum fluens, & ex eo emissus, ac per Cenomanos currens quasi agros Bergomensem, Cremensem, & Cremonensem à Brixianis separans; nec non Dominium Venetum à Mediolanensi Ducatu dividens; ac Ducatum Mantuanum ex aliqua parte rigans, in Padum labitur apud Burgumfortem, medio fere intervallo inter Mantuum, & Valsallam. Gualdus in relat. Status Mediolan. part. 1. pag. 175. & Ferrarius in Lexic. Geograph. Verb. Ollius; ex hoc flumine optimas Trutas nasci præfatus Gualdus testatur. Secundum exemplum est diversorum fontium, quorum latices vocantur Oleum, quia ex eis ardent lucernæ; verè tamen sunt aquæ crassæ, ac sulphureæ, in quibus ignis pabulum reperit; & de his meminit Plinius in Natur. Hist. lib. 31. cap. 2. referens hujusmodi fontes reperiri in Gilitia, in Ethiopia, in India, nec non Ecbatane. Tertium Exemplum est Olei balnearum, thynorum, aliorumque magnorum piscium, de quibus differit Boetius in Relat. Univ. Orbis part. 1. vol. 2. libr. 1. pag. 130. ubi ait, Japonenses non habere Oleum, nisi illud, quod extrahunt à Balenis ad maris litora projectis: at verè illud non est Oleum, sed pinguedine eorumdem piscium; ideò idem Boetius ibidem part. 6. in Relatione Hispaniarum pag. 622. subdit de Regno Galitiæ; quod ejus Incolæ in litore Oceani piscantur cete grandia, quorum carnem sale condiunt ad vendendum, de pinguedine autem faciunt Oleum ad accendendas lucernas, & ad tingendos pannos; minimè enim valet ad usum; ex quocumque autem cete, etsi parvo, extrahunt saltem libras duas mille Olei. Confimile exemplum scribit Sebastianus Bizozeri in Viridario lib. 3. cap. 2. pag. 26. narrans, S. Philibertum Abbatem tempore Clodovei Regis Francorum construxisse Monasterium pene Rhodanna Oppidum Galliz, in quo Monachi sanctissime vivebant, & piscantes in vicinum mare, pisces adeò ingentes capiebant, ut ex eorum pinguedine Oleum fieri solent capiebant, ut ex eorum pinguedine Oleum fierent pro lucernarum lumine. Itaque hujusmodi Olea nominatenus Olea sunt; in substantia autem vel pinguedo piscium, vel aqua crassa, ac sulphurea.

Oleum Naturale est verum Oleum, quod conficitur ex olivis, & ejus inventorem fuisse Arithæum Atheniensem, qui molam Oleariam ad premendas Oleas, & ex eis extrahendum succum edificavit; testatur Plinius lib. 7. cap. 56. Sed antiquius inventum fuisse artem conficiendi naturalis Olei dicendum est, tum quia ante diluvium erant olivæ arbores, quarum ramum Columba in ore ad Noe portavit in Arcam, Genes. 8. 11. tum etiam

quia Isaac benedicens filium suum Jacob, ait: Des tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terre abundantiam frumenti, vini, & olei. Genes. 27. 29. De oleo naturali quatuor notabilia ex probatis audioribus sunt colligenda. Unum circa ejus bonitatem, nempe quòd Oleum novum melius est, quam vetus, ad differentiam Vini, quòd eò melius, quò vetustius. Plinius lib. 15. cap. 2. addens, quòd Oleum Italicum tenet inter aliarum regionum olea principatum; sed contradicit Chassanæus in Catalog. Glor. Mundi part. 12. consider. 87. affirmans, quòd excellentiora sunt olea, quæ sunt in Gallia, & præcipue in agris Provinciz, & Narbonæ. In laudem quoque bonitatis olei notat Zacchias in Q. Medicolegal. lib. 3. tit. 3. qu. 4. num. 29. Oleum numquam contrahere contagium, prout neque panem, neque vinum, neque acetum, neque aromata; quæ omnia tempore pelis de jussumque manu absque timore recipi possunt; non autem vasa, in quibus deferuntur; ab eorum enim contactu est cavendum, ne mihi asserbat P. M. Mathæus Veglesis Or. 10. dinis Minorum Conventualium Sancti Francisci, eximius, publicusque Theologiæ Professor in hoc Gymnasio Patavino, olim Præceptor meus, qui grassante peste Anno 1630. hic Patavii se sanum servavit, & illæsum, à contactu Vasorum, in quibus sibi cibi deferabantur, abstinendo. Alterum notabile est circa olei usum, qui est Quadruplex, nempe in cibis, in luminibus, in medicinis, & in conficiendis unguentis ad refocillationem corporis, nec non ad delicias. Cornel. à Lapide Commentar. in Proverb. Solomon. cap. 21. Vers. 20. His addendus est alius usus, qui apud Paganos vigeat, fundendi scilicet Oleum super Victimam, quas coram Idolis suis cremabant, de quibus cecinit Virgilius 6. Æneid. Vers. 252.

Tum Stygio Regi nothurnas inchoat aras, Et solida imponit taurorum viscera flammis, Pingue superque oleum fundens ardentibus extis.

Quem usum tenent, & latius narrat Eminentiss. Cardin. de Noris in Canonaphis Pisanis Dissert. 3. cap. 5. ubi de hujusmodi antiquitatis eruditiones plurimæ. Tertium notabile olei naturalis est circa tres ejus singulares proprietates, nempe illuminativam, quia est pabulum ignis, quò illuminatur in tenebris; alleviativam, dolores enim plagarum unctioe olei mitigantur; ideò Samaritanis infusus vinum, & oleum in vulnera illius, quem latrones se-mivivum reliquerant, Luc. 10. 34. Et proprietatem enativam, quia oleum stat desuper in omni alio liquore, quia habet multum acritatis, & parum terretrestitatis. Ita Gemianus de Similitudin. lib. 3. cap. 16. & Cornel. à Lapid. in Genes. cap. 28. Vers. 18. qui moraliter, seu tropologicè applicat has proprietates veræ devotioni, quæ illuminat hominem ad cognoscendum sum verum finem, qui est Deus; facit sufficere tribulationes cum hilaritate; & sublevat cor ad desideria celestia. Quartam tandem notabile circa oleum est, quòd constat ex olivis noviter plantatis obnoxium est solutioni Decimæ, si fundus solitus sit Decimam solvere de frugibus in eo nascentibus, ut decisum est à Rota part. 5. recent. Decif. 591. quæ magistralis est, & omnino videnda, ubi quis præterdat, de aliquo particulari fructu non esse Decimam solvendam; siquidem præscriptio non solvendi Decimam de aliqua specie fructuum non habet locum contra Decimatorem ex causa universali, qualis est Parochus, ut docent Barbosa de Jure Eccl. Univ. lib. 3. cap. 30. §. 2. num. 61. Borattus Decif. 572. num. 12. Bichius Decif. 322. Peregrinus in Decif. Patavinis Decif. 143. num. 23. Novissimè Rota Romana part. 18. recent. tom. 1. Decif. 323. §. tom. 2. Decif. 582. Quòd dictum sit in gratiam exercentium curam animarum, & laborantium in

affluentia infirmorum, occasione præsentis digressio-nis circa naturam olei naturalis.

Oleum Artificiale format tertium genus oleorum, circa quòd plura diei possent, quia plurimæ sunt species olei artificialis, quæ conficiuntur ab Aromatis, & Alchimis, non solum ex herbis, floribus, & fructibus arborum; sed etiam ex bladis, leguminibus, nucibus, amygdalis, castaneis, & scorpionibus, de quibus omnibus, & aliis innumeris speciebus differit Plinius Nat. Hist. lib. 15. cap. 7. Dominicus Audas in Praxi Aromatariorum pag. 236. & Praxi Infirmarum tract. 6. observ. 17. Porro circa hæc olea artificialia duo sunt notata digna: Unum est, quòd antiquitas tanta erat pietas Regum, ac Principum erga Divinum cultum, ut olei nardini, odorissimi balsami, ingentem quantitatem Ecclesiis dono darent, in earum lychinis ardendis; ut testantur Binonius tom. 1. Concil. part. 1. in Vita S. Cosme, & Anastasii Bibliothecarius in Benedic. III. cum quibus concordat S. Paulinus Nolanus Natali sexto S. Felicitis ita canens:

Martyris hi tumulum sudante perfundere Nar-das, Et medicata pio referant unguenta Sepulchro.

Alterum notandum est, quòd sciverint antiqui tanto artificio Oleum componere, ut possum in lucernis intra sepulchra, illas faceret inextinguibiles, & redderet femper vivas, ac ardentes. De his lucernis plura leguntur exempla: siquidem scribit Augustin. in lib. 21. de Civit. Dei cap. 6. tempore suo reperitam fuisse lucernam in quodam Sepulchro ardentem, quæ ex inscriptione ibi posita arserat annos mille quingentos. Panciroli in lib. 1. reperit. & desperit. in tit. de Igne incombustibili narrat tempore Pauli Papæ III. Romæ in tumba Tulliolæ Cicero-nis filiz inventam fuisse lucernam ardentem, quæ tamen ex ingressu aeris statim perit. Nolter Canoncus Scardeonius Patavinus lib. 1. class. 3. cap. ult. refert, in Terra Athetis hujus Patavinæ Dicc-esis in sepultura cujusdam Elibii soffores confimilem lucernam ardere reperisse, quæ ab annis mille quingentis supra fuerat accensa. S. Augustinus cit. lib. 21. de Civit. Dei cap. 6. testatur de alia lucerna ardente coram Veneris Statua; quæ quamvis exposita aeri, pluvii, ac ventis durabat inextinguibilis. Plura alia exempla allegantur à Liceto an-noso Philosopho lectore in hoc Publico Patavino Lyceo, dum ego studens juvenis essem, in lib. De reconditis antiquor. Lucernis. Volateran. lib. 33. Bocaccius lib. 12. de Genealogia Deorum cap. 67. & alii, quos refert Arefius tom. 5. libr. 5. Impres. 133. à num. 30. & segg. ubi examinatur, an prædictæ lucernæ perenni flamma arderent Dæmonis arte, vel potius existentia Philosophica naturali, & Hæta, cujus nos notitiam perdidimus; quem cu-riosè legere non detrederent super modo possibili conficiendi hujusmodi Oleum artificiale.

Oleum autem Supernaturale illud est, quòd supra vires naturæ procedit ex mero miraculo, ac ab-loluta Dei omnipotentia. Hujusmodi olei duo as-signantur genera, quatenus circa illud duo reperiu-n-tur miracula, unum in prædicti olei supernaturalis hio olei supernaturalis, & miraculosa fuit illa, quam fecit Elicus ad favorem pauperis viduæ, non ha-bentis nisi parum olei, quòd Elias infudit in vasa plurima, eaque omnia implevit, ut legitur 4. Reg. 4. utique ex miraculo, Deo intus illam quanti-tatem per creationem augens, ut loquitur Sallianus ad Animum Mundi 324. num. 19. Pariter fuit mi-raculosa illa olei productio, quæ Romæ anno ter-tio Cæsaris Augusti visa est, dum è Taberna meri-toria trans Tiberim oleum è terra erupit, fluxitque De Sacramenti in genere.

toto die sine intermissione, ut notat Eminentiss. Car-din. Baronius, & ejus compilator Spondanus in Ap-paratu Annal. num. 14. ad significandam scilicet Re-demptoris Nativitatem. Idem notavit Cornel. à Lapide in Cantic. 1. Vers. 2. in 2. sensu pag. 15. ubi ait, quòd illud oleum significabat jam Coristum nasci, qui oleum suavissimum, clemens, & gratie spargere per totum Orbem. Affinis huic etiam illa olei est emanatio è Cruce Domini Nostri Jesu Chri-sti, de qua testatur Bedæ Epis. de locis sanctis cap. 20. in fin. relatus ab eodem Spondano ad Annum 598. num. 4. Item quòd scribit Sebast. Bizozeri in Viridario lib. 3. cap. 2. pag. 31. de Sancto Spi-ritione Archiepiscopo Trimituntino in Cypro, qui cum vidisset Lampades Ecclesiæ ex defectu olei morientes, oravit ad Dominum; & adeò crevit oleum in lampadibus, ut superflueret, atque oper-teret, vasibus suppositis ipsum colligere. Supernaturalis quoque est olei productio è Reliquiis Sancto-rum scatenus, ut de brachio S. Viti martyris coro-nati Anno 287. cujus festum celebratur die 5. Junii, scribit Mastrius in Schola Christi. cap. 41. pag. 376. nec non è Sacris Lipsanis Sancti Joannis Eleemoynarii, Sanctique Nicolai Myrensis, de quo Hymnus Breviarii Toletani canit:

Cujus Tumba fert oleum, Matres olivæ nesciunt, Quod natura non protulit, Marmor sudando parturit.

Prout etiam è Sepulchro Sancti Gemiani An-tistitis Mutinensis, de quo in ejus Ecclesiæ sic canitur in officio:

Ab ejus Mausoleo Liquor exundat Olei: Sanantur ibi languidi A quocumque discrimine.

Ac ex aliis plurimis, quorum exempla de ante-dicti olei supernaturalis decurfu collegit egregius Ju-risconsultus Jacobus Pignatellus tom. 1. consul. 41. à num. 12. & segg. nec non P. D. Jus. Bonifacius Bagatta in Admirand. Orbis Christianissimi tom. 1. libr. 3. cap. 8. §. 2. num. 1. & 2. & in Appendice 4. ad d. cap. 8. prout quoque tom. 2. libr. 5. cap. 2. §. 9. & §. 12.

Porro super omnia eximium est exemplum super-naturalis olei, quò Reges Franciæ inaugurantur, de quo idem Bagatta d. tom. 1. lib. 4. cap. 1. §. 8. Append. 1. num. 1. ita scribit: In Historia Gallica mirabile est Oleum celestis Sancti Remigii datum, quòd Sacra Rhenensis colit, ac servat Ecclesiæ, quo tot jam Francorum Reges inuncti fuere, & in dies un-guntur, quòd tamen nullum patitur detrimentum. Quomodo autem celestis datum fuerit, refert Spon-danus narrans Baptifimum Regis Clodovei Anno Christi 499. num. 5. ita dicens: Alterum autem non minus insigne miraculum ipso baptifini tempore contigit, cum videlicet Ampulla Christiatis ore columba (seura est hæc Spiritus Sancti) celestis adveniens allata est, qua tum fons more solito, tum etiam Rex ipse Sacratu est: cujus exemplo Successores Franco-rum Reges ejusdem celestis ampulle perenni, nec unquam deficiente Sacro Oleo hætenus confecerunt ungi. Hæc documenta sunt olei supernaturalis, ideò miraculose producti. Alia innumera in Histo-riis Sacris reperuntur de supernaturali Olei operatione in sanandis morbis ob merita Sanctorum, de quorum lampadibus ut plurimum accipitur, conte-stante eodem Bagatta d. tom. 2. libr. 5. cap. 2. §. 12. & §. 13. ad quos lectorem remitto; illud tantum adjungens, quòd novissimè tamquam Medicus de sua opinione requisitus scribit doctissimus Zacchias in Q. Medicolegal. tom. 2. lib. 10. consil. 32. nu. 5. puerum scilicet semimortuum ex Variolis oleo lam-padis B. Felicitis Capuccini inunctum statim vitam, vocem, ac sanitatem consecutum; quæ quidem cura-tio mi-

tio miraculosa fuit; nam subdit idem Medicus: Remedium hoc erat omnino contrarium; quia Oleum morbillis, & Variolæ est adversum: unde cavetur à Medicis, ne corpora hisjmodi oleo tangantur; adauget enim oleum inflammationem, & putredinem.

21. **Oleum infernale** illud appello, quo strygæ, fagave, ac alii pessimi homines pactum, & commercium cum dæmone habentes solent se inungere profecturi ad diabolicos conventus, de quibus DD. congesti per Guaccium in *Compendio Maleficar. libr. 1. cap. 13.* ita differens: Sed sciendum est, quod priusquam vadant ad conventum unguunt se, sed quasdam corporis partes unguendo. *bonfædo ex variis rebus insulsumit: & enarratis prædictorum conventuum veteris tripudiis, allegat exempla ex Historiis collecta; & inter cætera de quadam muliere Sabinensis Diocesis, quæ hanc diabolicam artem profitebatur: & quam ejus maritus vidit quadam nocte se unguentem quodam unguento, quæ unctio peracta vidit illam celeritè quasi avens recedentem: & paulò infra ex Bartholomæo Spino Magistro Sacri Palatii Apostolici in *Q. de Strigib. cap. 17.* ita depromit: *Quadam puella, quæ cum matre Bergomi morabatur, inventa fuit nocte Venetiis nuda in lecto sui affinis. Et interrogata, quomodo illuc venisset, aut ibi esset, & quare? Plerans dixit: Hac nocte cum in lecto vigilarem, vidi Matrem meam, quæ me dormire putabat, surgentem de lecto, & exuta camilla, se quodam unguento perungit, & statim in æsumpto baculo quodam ibi preparato in modum equitantis ascendens extra fenestram deportata est. Tunc ego quoque de lecto surgens meum perunxi corpus, ut fecerat mater, & in hunc locum fui deportata, ubi matrem puero huic lecto decumbenti insidiantem vidi, & audientem eam mihi comminantem, nomen Domini JESU, & Matrem ejus invocavi, & ex tunc matrem non vidi; egoque hic nuda, & sola remansi. Prosequitur auctor prædictus narrando, quomodo per Inquisitorem Bergomen. capta dicta mulier confessa fuit commercium suum cum dæmone, & debitis penis punita. Qui plura de his diabolicis, infernalibusque oleis desiderat, legat *Delirium Disquisiti. Magic. & alios Criminalitates de Lamiis, ac Strigibus tractantes.***

22. **Oleum tandem Sacramentale**, est oleum de Olivis confectum, ab Episcopo in feria quinta Cœnæ Domini benedictum, à Christo Domino pro materia Sacramenti Extremæ Unctionis institutum, ut supra diximus; & latius in sequentibus demonstrabimus. Pro nunc tria corollaria ad hanc Decisionem sunt addenda circa hoc oleum Sacramentale. Primum, quod antiquitè tanta veneratione fideles, & Ecclesiastici conservabant illud, ut in columbis argenteis adinstar lampadarum pendentes supra fontes baptismales ipsum reponerent, ac tenerent, ut habetur apud Episcopum Sarnesium in *Basilicographia cap. 49. nu. 17.* Alterum quod hæretici semper odio profecti sunt Sacramenta Ecclesiæ, & materia Sacramentorum; hinc in Boemia Anno 1411. extincto Joanne Hus hæresiarum, & Hussitarum hæreticorum auctore, ex his furxite quadam sæcra nuncupata Orphanorum obdeperidum prædictum iniquissimum parentem; & hæc inter cætera flagitia in Templis, Sacras imagines, ac Sacerdotes, etiam Olea Sancta, & benedicta pro Sacramento Extremæ Unctionis conculcare non verebatur, atque iisdem Sanctis oleis ocreas, & calceos sibi inungere, ut scribit *Salleles de S. Inquisiti. libr. 3. cap. 17. Regula 285. num. 93.* Tertium denique est, quod dispensare olea Sancta Parochis, & Parochialibus Ecclesiis spectat ad Ecclesiam Cathedrali; itaut ex hac dispensatione defumatur signum Cathedralitatis, ut advertit *Barbosa de Jure Ecclesiæ. Univ. libr. 2. cap. 5. sub num. 8. Frances de Ecclesiæ. Cathedr. cap. 19. num. 22.* & dicit *Rota Romana part. 18. recent. tom. 2. Decis. 196.*

DECISIO LXV. ARGUMENTUM.

Offenditur. Materiam remotam Sacramenti Extremæ Unctionis esse Oleum olivarum benedictum ab Episcopo. Circa quam proponuntur, & elucidantur sex difficultates, videlicet: An prædicta Episcopalis benedictio sit de essentia Sacramenti, vel tantum de præcepto Ecclesiæ? An ea fieri possit à simplici Sacerdote? An confici alia die, quàm Feria quinta Cœnæ Domini? An Oleo consecrato licitum sit addere aliud non consecratum? An Oleum Christmatis possit adhiberi in Extrema Unctione? Et an Oleum vetus benedictum præteritis annis? Eruditiones variæ de Calvinii nequitia, de Ritibus Græcorum circa hoc Sacramentum. Responsa SS. Congregationum circa prædictum Oleum.

SUMMARYUM.

1. Materiam remotam Sacramenti Extremæ Unctionis quem sit?
 2. Olei appellationem venit oleum olivarum.
 3. Vocabula ambigua intelligi debent secundam communem usum loquentium.
 4. Oleum olivarum cur sit materia remota Extremæ Unctionis?
 5. Oleum infirmorum debet esse ab Episcopo benedictum.
 6. Benedictio olei an sit de essentia Sacramenti Extremæ Unctionis?
 7. Calvinus irritat benedictionem Sacrorum Oleorum. Sperto voto suo solemnè castitatis uxorem duxit.
 8. Materiam Baptismi, & Eucharistiæ etiam non benedicta facit Sacramentum.
 9. Olea Sancta an benedicti possint à simplici Sacerdote?
 10. Græci Presbyteri benedicunt oleum infirmorum statim antequam eos unguant.
 11. Consecratio Oleorum an alia die, quàm in Cœna Domini fieri possit?
 12. Oleo infirmorum consecrato an licitum sit addere aliud non consecratum? Opiniones tres.
 13. Opinionem probabilem sequi reliqua tutiore in Sacramentis est propositio damnata ab Innocentio XI.
 14. Hispanensis Archiepiscopi instantia ad S. Congr. Supremæ S. Inquisitionis de additione Olei infirmorum non benedicti Oleo benedicto. Et ejusdem S. Congreg. Responsum.
 15. Christma sacrum an possit esse materia Extremæ Unctionis? Duplex opinio.
 16. Oleum infirmorum vetus, id est anni præteriti, an adhibendum pro Sacramento Extremæ Unctionis?
 17. Olea sacra in Cathedrali Ecclesia sunt faciendæ. Dispensanda abique alla mercede, aut dono. Danda etiam Regularibus, & Monialibus.
- EX** definitione Sacramenti Extremæ Unctionis supra tradita, & ex his, quæ diximus circa varia oleorum genera, facile est intelligere, quod materia remota ejusdem Sacramenti est oleum olivarum ab Episcopo consecratum, seu benedictum. Quod sit oleum olivarum patet primò ex Verbis Divi Jacobi in *cit. cap. 5. 14. Ungentes eum oleo;* quævis enim non exprimat, quod oleum fit de Olivis; tamen ex communi usu loquentium de eo intelligitur locutus; appellatio enim olei venit oleum olivarum, quod homines communiter utuntur, non autem olea ex aliis rebus. 1. *Non omne. ff. de Penu legat. l. Si cui lana.*

lana. S. Lane. ff. de Legat. 3. Menochius lib. 4. Presumpt. 153. num. 4. & 5. & Barbosa de Appellat. Verb. appell. 178. quemadmodum cum dicitur, materiam Baptismi esse aquam, intelligitur aqua elementaris, & materia Eucharistiæ esse panem, & vinum, ex vi communis locutionis, & significatio intelligitur panis triticeus, & vinum ex Vite, ut bene considerat Emin. Card. de Lauræa de hoc Sacram. disp. 11. art. 3. num. 21. subdens, quod imò quoties aliquid vocabulum est dubium, intelligi debet secundam communem usum loquentium. *cap. Ex litteris. De Sponsal. & ex Concilio Lateranen. 3. In Appendice tit. de Interpret. Verb. cap. 3.* Secundò patet ex auctoritate Concilii Florentini, in quo Eugenius IV. in Decreto Unionis Armenorum, quod legitur in ejus *Constit. 19. Incipien. Exultat. S. 14.* ita inquit: *Quintum Sacramentum est Extrema Unctio, cujus materia est Oleum olive.* Tertio ex praxi Ecclesiæ Romanæ, quæ semper in ministerio hujus Sacramenti usa est oleo olivarum, ut constat ex veteribus antiquis Ritualibus. At circa doctrinam de Sacramentis non est aliter sentiendum, quàm sentiat Romana Ecclesia. *cap. ad abolendam. De heretic. Et quarto, quia oleum olivarum aptissimè demonstrat effectus, quos hoc Sacramentum operatur in suscipiente illud, ut optimè differit S. Thomas in *Sumptem. q. 29. art. 4.* quos quidem effectus alia olea exprimeret non valent. *Gonet. tom. 5. tract. 6. de Extr. Unct. disp. 1. n. 19. & novissimè Ivenin tom. 2. Dissert. 7. de eod. Sacram. q. 3. cap. 1. Vers. Quæres primò.**

Quòd autem hujusmodi oleum, ut sit materia remota prædicti Sacramenti, debeat esse ab Episcopo consecratum, seu benedictum, constat: 1. Ex epistola Innocentii Primi ad Decentium Episcopum, ubi ait, *Quo (oleo) ab Episcopo confectò, non solum Sacerdotibus, sed omnibus ubi christianis licet in sua, aut suorum necessitate inungendo.* 2. Ex S. Gregorio Magno, qui de hujus olei consecratione agens in suo Sacramentario, ita ait: *Tunc offertur Pontificale oleum, & benedicit illud tam ipse, quam omnes Presbyteri, ad unguendum infirmis his verbis: Emitte hoc. Ut tua benedictio sit omnino hoc unguentum tangenti sustinentur mentis, & corporis.* Et legitur etiam in *lib. 1. Sacrament. Rom. Eccl. for. 5. in Cœna Dom. pag. mihi 69. 3. Ex Concilio Cabilonen. can. 48. ibi: Infirmi oleo, quod ab Episcopo benedicitur, à Presbyteris ungi debent.* 4. Quia ab Hincmaro Episcopo Rhemeni in capitulis apud Sirmundum *tom. 3. Concil. Gall. hoc oleum appellatur Oleum Sanctum.* 5. Nam Jonas Aurelianus *lib. 3. de Insuper. laic. nominat ipsum Oleum sanctificatum.* 6. Ab Eugenio IV. in *d. Constit. 19. Exultate S. 14.* dicitur *Oleum olive per Episcopum benedictum.* 7. Pariter à Tridentino Concilio *De Extrem. Unct. cap. 1.* definitur, materiam (eiusdem Sacramenti) esse oleum ab Episcopo benedictum. 8. Ob antiquissimam traditionem jam tunc ex Apostolorum temporibus in Ecclesia custoditam, & à Sancto Fabiano, qui anno 238. fuit creatus Papa, ordinavit; dum Epistola secundis cunctis Episcopis ordinavit, ut quotannis feria V. in Cœna Domini, veteri combusto Sacro oleo, novum consecraretur; quæ habetur in *tom. 1. Concilior. pag. mihi 376. atque in cap. Litteris 18. de Consecr. disp. 3. & legitur in Breviario Romano; quæ etiam loquatur de Sacro Christmate, intelligenda est etiam de aliis sacris oleis; tum quia Christma significat unctioem, ut dictum est supra *Decis. I. num. 2.* tum etiam quia ibi Sanctus Pontifex loquitur de mysterio unctiois sacre, quæ adhibetur in baptismate, scilicet oleo Catechumenorum. De hac autem antiquissima traditione præter S. Fabianum Papam testantur SS. Patres, quos allegat Eminentiss. Card. de Lauræa *d. disp. 11. num. 27. & 28. & meminit Cæltaldus in Praxi Cæremon. lib. 3. sect. 6. cap. 8. num. 1.**

Porro circa hanc materiam remotam hujus Sacramenti, scilicet oleum olivarum ab Episcopo consecratum, seu benedictum, Scholastici movent nonnullas difficultates, quas hic breviter referere oportet ad perfectam studentium instructionem.

Prima difficultas est an consecratio, seu benedictio prædicta sit de essentia Sacramenti Extremæ Unctionis? vel tantum de Præcepto Ecclesiæ? aded ut, si quis ungeret infirmum oleo olivarum non consecrato, neque benedicto per Episcopum, an faceret Sacramentum validum; vel invalidum?

Circa hanc difficultatem Valdenses hæretici, qui omnem consecrationem, ac benedictionem tum Pontificum, tum Sacerdotum respuebant in quocumque Sacramento, ac Sacramentali, etiam hanc olei pro Extrema Unctione reprobabant, teste Philedorfio *lib. contra Valdenses cap. 25.* quos secutus est Joannes Calvinus, qui hujus olei consecrationem suis dicitur læcessit *lib. 4. Instit. cap. 29.* ita scribens: *Jacobus dum simpliciter inungi infirmos jubet, non 7 aliam unctioem mihi significat, quàm vulgaris olei; nec aliud habetur in Marci narratione. Ipsi oleum non dignantur nisi ab Episcopo consecratum; hoc est multo hactenus colesatum, multo mirum incantatum, & novies flexu salutatum.* At nil mirum si hæresiarum veritatem Catholicam odio habens, consecrationem olei infirmorum contempserit; qui etiam votum suum solemnè castitatis, in Sacri Ordinis susceptione emissum conculcavit, dum Sacerdos quadragenarius accepit in uxorem adolescentulam Gevenentem ad explendam libidinem, & ex ea filium genuit, quæ ipso defuncto anno 1564. nuptis ege- no bibliopolæ; ut fusiùs narrat Gregorius Letus *Epist. tom. 1. in Epist. 24. & seqq.* ubi prædicti Calvinii vitam, vitia, ac enormitates pessimi magistrus malus discipulus contestatur. De Calvinii obitu hæc ponit Cornelius à Lapide in *Comm. Apoc. cap. 19. Vers. 21. Calvinum scribit Beza, phtis, colica, æstimate, calculo, postagra, hemorroidibus, vexatum. Accessit morbus pedicularis, qui totum corpus perforavit; ac scitissimum ulcus circa verenda. A veribus ergo corrosus expiravit instar Herodis, Hunerici, Maximiani, & Antiochi Epiphanis acerrimorum persecutorum Christi, & Ecclesiæ. Ita Hier. Bolsecus Medicus in *Vita Calvinii c. 22.* At heterodoxis relicti, alii ex Catholicis opinantur consecrationem in oleo infirmorum esse tantum de præcepto, & moventur exemplo materiæ remotæ baptismi, nempe aquæ elementaris; nec non sacramentæ Eucharistiæ, videlicet panis triticeus, ac vini; nam in utriusque præcedere debet benedictio, & sanctificatio; nihilominus, si hac omiſsa, Parochus eas adhibeat vel ad baptismandum, vel ad Eucharistiam consecrandam, utique valide baptizabit, & Corpus ac Sanguinem Domini conficiet; quia eandem materiam sanctificatio, ac benedictio præcedens est tantum de præcepto, non autem de essentia ipsorum Sacramentorum. *cap. 5. qui. De Consecrat. disp. 4.* Ita argumentatur Glosia in *cap. 2. disp. 95. & docent Victoria in Summa de Sacrament. num. 216. Sà Verb. Extrema Unctio. Setarius, Ledesma, & alii, quos citat, sed reprobant Diana Coordinatus *tom. 2. tract. 4. resol. 10. tract. 16. resol. 81.* nec non Mairius in *4. Sent. d. disp. 6. num. 26.* Alii verò DD. tam antiqui, quàm moderni tenent Episcopos benedictionem esse de Sacramenti essentia; sine qua irrita esset Extrema Unctio, & eorum fundamentum sumitur ex Conciliis, Patribus, & Ecclesiæ traditione; siquidem tam Florentinum, quàm Tridentinum Concilium pro materia necessaria hujus Sacramenti expressè, & absolute assignant oleum ab Episcopo benedictum, & ita etiam loquuntur Innocentius Papa I. *in cit. Epist. ad Decentium, & Innocentius III.***